

compositam tamen invitum gessere per orbem.

Thariada inde nepos, svasu qui matris Esavo

32. praripuit patri longissima commoda voti,

hic propior letho, lato vicinus olympo

sic ait: *Vlla prius, V D A, tibi sceptrum negas sint,*

*quam veniat SCHILLO, quam pacificus q. gubernus?*

*Inde tibi nullo legistatore, nec ullo*

*rege opus, amplius hanc tibi sceptrum capessere fas est.*

Induperator enim jam censum Augustus agebat,

quisquis & Ebraum propria cunabula gentis

40. moverat, inqvirens stirpis monumenta vetusta,

nequa facta fieret fraus legi, neve periret

regia dispersos stirps salvatura nepotes.

Sed nemo Mariam perpendit, nemo Josephum,

ambo tribus Juda fuerant, amboq; Davidis,

nec potuisse latere probabile, fallere nam quis

horrida Casarii praesumeret orsa Senatus?

teste etiam Lucam nomenclatore perenni.

48. O civem inspidum! o improvida pectora Bethla!

Ut nemo in fastos tentat descendere, nemo!

Sed modo turgentis spectatur mantica numi.

(d) Nonne rubus poterat succurrere? nonne columna?

nonne & amygdalino maturi stipite foetus,

nescierat quos prima dies, nox proxima monstrat?

Virgulti arentis florebat germine CHRISTUS:

tegmene nubis Homo, sed verus in igne JEHOVA,

56. verus in igne Deus, teum massa humana rubeto.

Nescieras, Judae, foret quae stella Balaam?

de qua vix credam sanctum tacuisse Moysen,

(2)

con-

(d) De his & seqq. omnino vide Bernhard. Homil. II. super Mis-

sus est §. Unus nimirum fuit &c.